



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLXXIII. De modo cognitionis propheticæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ne, que sunt remota ab hominum cognitione, quae possunt hominibus reuelare. Simpliciter autem & maxime remota sunt, quod solus Deus cognoscit: & ideo propheta proprie & simpliciter dicta, fit per sola diuina reuelatione: sed ipsa reuelatio facta per demones potest sine quid dici propheta. Vnde quibus aliquid per demones reuelatur, non dicuntur in scripturis prophetas simpliciter, sed cum aliqua additione, puta, prophetas falsi, vel prophetas idolorum. Vnde Aug. 12. super Gen. ad litteram. Cum malus spiritus arripit hominem in haec. visa, aut demoniacos facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Cassiodorus ibi diffinit prophetiam proprie, & simpliciter dictam.

AD SECVNDVM dicendum, quod demones ea, quae sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibilibus colloquendo, & in hoc deficit haec propheta a vera.

AD TERTIVM dicendum, quod aliquibus signis est exterioribus, discerni potest propheta demonum a propheta diuina. Vnde dicitur Chryso. super Matth. quod quidam propheta in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores: sed sic discernuntur, quia diabolus interdum falsa dicit, Spiritus sanctus numquam. Vnde dicitur Deute. 18. Si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta ille praedixerit, & non euenierit, hoc Dominus non est locutus.

Super Quaestio 172. Artic. 6.

ARTICVLVS VI.

Prum propheta demonum aliquando praedicent verum.

IN art. 6. eiusdem q. 172. hoc solum dicitur occurrit, quod Sybylla, quae hic inter demones prophetas computatur, superius in q. 2. ar. 7. ad tertium inter personas in fide Christi expliciter falsitas computari videtur. Materia signum haec incerta cum sit, quia de indiuiduis non pertinet ad fidem esse, modo in vnam, modo in aliam partem declinare permittit.

AD SEXTVM sic proceditur. Vbi, quod propheta demonum numquam vera praedicant. Dicit enim Ambr. quod omne verum a quoque dicitur, a Spiritu sancto est: sed propheta demonum non loquuntur a Spiritu sancto, quia non est conuentio Christi ad Belial, ut dicitur 2. Cor. 6. ergo videtur, quod tales nunquam vera praenuntiant.

¶ 1. Praeterea. Sicut veri propheta inspirantur a spiritu veritatis, ita propheta demonum inspirantur a spiritu mendacii, sicut illud 3. Reg. 18. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: sed propheta inspirati a Spiritu sancto numquam loquuntur falsum, ut supra habitum est, ergo propheta demonum numquam loquuntur verum.

¶ 2. Praeterea. Ioan. 8. dicitur de diabolo, quod cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia diabolus est mendax, & pater eius, id est, mendacii: sed inspirando prophetas suos diabolus non loquitur, nisi ex proprijs. Non enim constituitur minister Dei ad veritatem enuntiandam, quia non est conuentio lucis ad tenebras, ut dicitur 2. Corinth. 6. ergo propheta demonum numquam vera praedicunt.

SED CONTRA est, quod Num. 22. dicitur quaedam glossa. Balaam diuinus erat demonum. Ministerio, & arte magica nonnumquam futura praecognoscebat: sed ipse multa praenuntiant vera, sicut est id, quod habetur Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Israel. ergo etiam propheta demonum praenuntiant vera.

A RESPON. Dicendum, quod sicut se habet bonum in rebus, ita verum in cognitione. Impossibile est autem inueniri aliquid in rebus, quod totaliter bonum priuetur. Vnde impossibile est esse aliquam cognitionem, quae totaliter sit falsa absque admixtione alicuius veritatis. Vnde Beda dicit, quod nulla falsa est doctrina, quae aliquam aliquam vera falsis intermiscet. Vnde & ipsa doctrina demonum, quae suos prophetas instruunt, aliqua vera continet, per quae receptibilis redditur. Sic enim intellectus ad falsum deducitur per apparentiam veritatis, sicut voluntas ad malum per apparentiam bonitatis. Vnde Chrysostomus dicit super Matth. Concessum est diabolo interdum vera dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet.

D. 273. & 1143.

Id habet Aug. in 2. q. 40. in ca. 40. tom. 4.

Hom. 19. in Matt. i. opere imperitio to. 2.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quod propheta demonum non semper loquuntur ex demonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut manifeste legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus, Num. 22. licet esse propheta demonum, quia Deus utitur etiam malis ad utilitatem bonorum. Vnde, & per prophetas demonum aliqua vera praenuntiant, tum ut credibilior fiat veritas, quae est ex aduersarijs testimonium habet, tum est, quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur: unde et Sybilla multa vera praedixerunt de Christo. Sed est quando propheta demonum a demonibus instruuntur, aliqua vera praedicunt, quoadque quidem uirtute proprie naturae, cuius actor est Spiritus sanctus, quae etiam reuelatione bonorum spirituum, ut patet per Aug. 2. super Gen. ad litteram. Et sic et illud uerum quod demones enuntiant, a Spiritu sancto est.

C AD SECVNDVM dicendum, quod uerus propheta semper inspiratur a spiritu ueritatis, in quo nihil est falsitatis, & ideo numquam dicit falsum. Propheta autem falsitatis non semper instruitur a spiritu falsitatis, sed quandoque etiam inspiratur a spiritu ueritatis. Ipse etiam spiritus falsitatis quandoque enuntiat uera, quandoque falsa, ut dictum est.

Lib. 2. c. 19. tom. 3.

D AD TERTIVM dicendum, quod propria demonum dicuntur esse illa, quae habent a seipsis. Mendacia, & peccata: quae autem pertinent ad propriam naturam, non habent a seipsis, sed a Deo. Per uirtutem autem proprie naturae quandoque uera praenuntiant, ut dictum est. Vt uirtus etiam eis Deus ad ueritatis manifestationem per ipsos fienda, dum diuina mysteria eis per angelos reuelantur, ut dictum est.

In corp. ar.

In cor. ar. & ad 1. in sol. ad 1.

QVAESTIO CLXXIII.

Super Quaestio 173. Art. primum.

De modo propheticae cognitionis, in quatuor articulis diuisa.

IN artic. 1. quaest. 173. quoniam uero Dei dictum est in primo libro q. 12. & de speculo aeternitatis, cuius lucra meminit, distulit tractatur in artic. 6. q. 12. de ueritate: idcirco ad illa recurre loquar, si uis haec amplius discutere, aut uisitata uideri.

E DEINDE considerandum est de modo prophetice cognitionis. CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum propheta uideant ipsam Dei essentiam.

¶ Secundo, Vtrum reuelatio prophetica fiat per influentiam aliquarum specierum, uel per solam influentiam luminis.

¶ Tertio, Vtrum prophetica reuelatio semper sit cum alienatione a sensibus.

¶ Quarto, Vtrum propheta semper sit cum cognitione eorum, quae prophetantur.

Secunda Secundae S. Thoma. GGG 4 ARTI-

*Vtrum propheta videant ipsam Dei essentiam.*

Sup. q. 174.  
artic. 2. cor.  
& ad 4. Et  
uer. q. 12. ar.  
6. Et p. 50.  
Habeat in  
gloria ordi-  
naria ex  
Gregor.  
Lib. 9. c. 7. in  
prin. to. 3.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Vbi quod propheta ipsam Dei essentiam videant: Quia super illud Isa. 38. Dispone domui tue & c. dicitur gl. Prophe-  
tae in ipso libro praescientiae Dei, in quo oia scripta sunt, legere possunt: sed praescientia Dei est ipsa eius essentia. ergo prophetae vident ipsam Dei essentiam.  
¶ 2. Præterea Aug. dicit in 9. de Tri. q. in illa aeterna veritate, ex qua temporalia facta sunt omnia, formam secundum quam sumus, & secundum quam operamur, uisus mentis apicimus: sed prophetae inter omnes homines altissimam habent diuinorum cognitionem. ergo ipsi maxime diuinam essentiam uident.

¶ 3. Præterea. Futura contingentia praecognoscuntur a prophetis secundum immobilem ueritatem: sic autem non sunt nisi in ipso Deo. ergo prophetae ipsum Deum uident.

**SED CONTRA** est, quod uisio diuinae essentiae non euacuatur in patria: prophetia autem euacuatur, ut habetur in ad Corinth. 13. ergo prophetia non fit per uisionem diuinae essentiae.

**RESPON.** Dicendum, quod prophetia importat cognitionem diuinam ut procul existentem. Vnde & de prophetis dicitur Heb. 11. quod erant a longe aspicientes. Illi autem qui sunt in patria, in statu beatitudinis existentes, non uident ut a remotis, sed magis quasi ex propinquo, secundum illud Ps. 139. Habitabit recti cum uultu tuo. Vnde manifestum est, quod cognitio prophetica alia est a cognitione perfecta, quae erit in patria. Vnde & distinguitur ab ea sicut imperfectum a perfecto, & ea adueniente euacuatur, ut patet per Apostolum 1. ad Corinth. 13. Fuerunt autem quidam cognitionem propheticam a cognitione beatorum distinguere uolentes, qui dixerunt quod prophetae uident ipsam diuinam essentiam, quam uocant speculum Trinitatis, non tamen secundum quod est obiectum beatorum, sed secundum quod sunt in ea rationes futurorum euentuum: quod quidem est omnino impossibile Deus enim est obiectum beatitudinis secundum ipsam sui essentiam, secundum illud quod August. dicit in 5. Confess. Beatus est qui te scit, etiam si illa creaturas, nesciat. Non est autem possibile quod aliquis uideat rationes creaturarum in ipsa diuina essentia, ita quod eam non uideat, tum quia ipsa diuina essentia est ratio omnium eorum quae sunt, ratio autem idealis non addit supra diuinam essentiam, nisi respectum ad creaturam: tum etiam, quia prius est cognoscere aliquid in se, quod est cognoscere Deum ut est obiectum beatitudinis, quam cognoscere illud per comparisonem ad alterum, quod est cognoscere Deum secundum rationes rerum in ipso existentes: & ideo non potest esse, quod prophetae uideant Deum secundum rationes creaturarum, & non prout est obiectum beatitudinis. Et ideo dicendum est, quod uisio prophetica non est uisio ipsius diuinae essentiae, neque in ipsa diuina essentia uident ea quae uident, sed in quibusdam similitudinibus secundum illustrationem diuini luminis. Vnde Dion. dicit in 4. caelest. hierar. de uisionibus prophetis loquens, quod sapiens theologus uisionem illam dicit esse diuinam, quae fit per similitudinem rerum forma corporali carentium ex reductione uidentium in diuina; & huiusmodi similitudines diuino lumine illustratae magis habent rationem speculi, quam Dei essentia. Nam in speculo

Lib. 5. cap. 4.  
circa princ.  
to. 1.

ca. 4. caelest.  
hierar. in  
medio.

**F** resultant species ab aliis rebus, quod dicitur de Deo. Sed huiusmodi illustratio non tantum potest dici speculum, in quantum similitudo ueritatis diuinae praescientiae dicitur speculum aeternitatis, quod dicitur Dei praescientiam, qui in aeternitate totaliter uidet, ut dictum est.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod prophetae dicuntur inspicere in libro praescientiae quantum ex ipsa praescientia Dei rationem mentem prophetae.

**AD SECUNDVM** dicendum, quod prophetae dicuntur uideri in libro praescientiae, in quantum primae ueritatis similitudo in mente humana, ex qua anima humana cognoscit.

**AD TERTIUM** dicendum, quod ex hoc in Deo futura contingentia sunt secundum immobilem ueritatem, potest imprimere in mente similem cognitionem abique eo, quod Deum per essentiam uideant.

ARTICVLVS II.

*Vtrum in prophetica reuelatione imprimantur diuinitus menti prophetae nouae rerum species, uel solum nouum lumen.*

**AD SECUNDVM** sic proceditur. Videtur, quod in prophetica reuelatione non imprimantur diuinitus menti prophetae nouae rerum species, sed solum nouum lumen, quia sicut dicitur Ios. 1. Amos 1. Prophetae uidentur militum in iudibus rerum, in quibus conuersati sunt, sed si uisio prophetica fieret per aliquas species de nouo impressas, nihil operaretur illud praecedens conuersatio. ergo non imprimuntur aliqua species de nouo in animam prophetae, sed solum propheticum lumen.

¶ 2. Præterea. Sicut August. dicit in 2. libro Gen. ad litteram. Uisio imaginaria non facit prophetam, sed solum uisio intellectualis. unde et Daniel 10. dicitur quod intelligentia opus est in uisione, sed uisio intellectualis, sicut in codice li. dicitur, non fit per aliquas similitudines, sed per ipsam rerum ueritatem. ergo uidetur quod prophetica reuelatio non fiat per impressionem aliquarum specierum.

¶ 3. Præterea. Per donum prophetiae Spiritus sanctus exhibet homini id quod est supra facultatem naturam humanam, sed formare qualitates rerum species potest homo ex facultate naturali. ergo uidetur quod in prophetica reuelatione non infundatur aliqua rerum species, sed solum intelligibile lumen.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Osee 12. Ego uisiones multiplicavi eis, & in manibus prophetarum similiae sunt, sed multiplicatio uisionum non fit secundum lumen intelligibile, quod est commune in

edo ex varia dispo-  
sitione literarū, quā  
constat varios pare-  
re intellectus. Simile  
siquid contingit in  
varia dispoſitione phan-  
tasmatum. Et negare  
hinc fieri varias ap-  
pauationes in parte  
ſenſitiva, eſt negare  
experientiā ſed quod  
apud quōſdā in du-  
bium vertitur. dere-  
ſultatione diuerſarū  
ſpecierū intelligibili-  
ſiū in intellectu, ma-  
niſeſtatur ex eo, qd  
exiſtente noua appa-  
ritione in imagina-  
ria, niſi impedimē-  
tū adſi, vel propter  
fluxum nimium, vt  
in pueris, & ebrijs  
accidit: vel propter  
hebetudinem yru-  
tū, ita vt phantasma  
ſit ſepia ad hoc,  
qd uocant p lumen  
intellectus agentis,  
vt accidit quibūdā  
hominibus qui ſolo  
ſere nomine lunt ho-  
minis: vel propter  
deſectum applica-  
tionis, vt occupatis cir-  
ca aliquam ſpecula-  
tionem contingit. &  
ſi quid aliud ſimile  
eſt impedimentum,  
nihil aliqd requirit  
a generatione ſpe-  
cies intelligibilis, niſi  
lumen intellectus a-  
gentis, quod quantum  
eſt ex ſe, ſemper eſt  
paratus agere, & ſi  
liter paratus eſt in-  
tellectus poſſibilis re-  
cipere. Tertio, ex  
phantasmatis quo-  
que eidem aduers  
lumine ſuperiori ad  
lumen naturale. Et  
hic modus ponitur  
ab auctore ſimul cū  
quarto in hoc artic.  
in reſponſione ad ſe-  
cundum, dicente de  
ſimilitudine intelli-  
gibilis, quandoque  
a formis imaginatis  
reſultat ſecundū ad-  
iutorium prophetici  
luminis: quia ex eſſe  
dem formis imagi-  
natis ſubtilior coſpi-  
citur veritas ſecun-  
dum illuſtrationem  
alioſi luminis. Hic  
ſiquidem apparet, qd  
in eisdē phantasma-  
tibus, puta, leonis, ho-  
minis ſaluatoris, &c.  
latent multæ appa-  
ritiones poſſibiles i-  
de extrahi, quia latet  
in eis multæ verita-  
tes poſſibiles ex eis,  
& in eis inſpicit, ad  
quas apparitiones &  
veritates extrahen-  
das, & illuſtrandas

omni prophetica viſione, ſed  
ſolum ſecundum diuerſitatem  
ſpecierum, ſecundum quas etiā  
eſt aſſimilatio: ergo videtur qd  
in prophetica reuelatione im-  
primantur noue ſpecies rerum,  
& non ſolū intelligibile lumē.  
RESPON. Dicendum, qd ſi-  
cut Aug. dicit 12. ſuper Gene.  
ad literam, cognitio pphetica  
maxime ad mentem pertinet.  
Circa cognitionem autē huma-  
nā mentis duo oportet confi-  
derare, ſc. acceptionē, ſiue repre-  
ſentationem rerū, & iudicium  
de rebuſ preſentatis. Repreſen-  
tantur autem menti humanae  
res aliq̄e ſm aliquas ſpecies, &  
ſm naturā ordinem. Primō ergo  
oportet, qd ſpecies repreſen-  
tentur ſenſui: ſecundō, imagina-  
tioni: tertio, intellectui poſſibi-  
li, qui immutatur a ſpeciebus  
phantasmatum ſm illuſtratio-  
nem intellectus agentis. In ima-  
ginatione autē non ſolum ſunt  
formae rerum ſenſibilium, ſm  
quod accipiuntur a ſenſu, ſed  
tranſmutantur diuerſimodo vel  
pp aliquam tranſmutationem  
corporalē, ſicut accidit in dor-  
mientib: & ſurſoſis: vel etiā ſm  
imperium rationis diſponun-  
tur phantasmata in ordine ad  
id quod eſt intelligendum. Si-  
cut enim ex diuerſa ordinatio-  
ne earundem literarū accipiun-  
tur diuerſi intellectus, ita etiā  
ſm diuerſam diſpoſitionē phā-  
tasmatum reſultant in intelle-  
ctu diuerſae ſpecies intelligibi-  
les. Iudicium autē humanae mē-  
tis fit ſm vim intellectualis lu-  
minis. Per donum autē propheta-  
tiae confertur aliquid humanae  
menti ſupra id quod pertinet  
ad naturalem facultatem, quā-  
tum ad vtrumque, ſc. & quantum  
ad iudicium, per influxū lumi-  
nis intellectualis, & quantum ad  
acceptionē, ſeu repreſentatio-  
nem rerum, quae fit per abſtra-  
ſpecies. Et quantum ad hoc ſm  
poſteſt aſſimilari doctrina hu-  
mana reuelationi propheticae,  
non autem quantum ad pri-  
mum. Homo enim ſuo diſcipu-  
lo repreſentat aliquas res per ſi-  
gna locutionum, non autem  
poſteſt interius illuminare, ſicut  
facit Deus. Horum autē duo-  
rum principalis eſt primum  
in prophetia, quia iudicium eſt  
completium cognitionis. Et  
ideo ſicut fit diuinitus repre-  
ſentatio aliquarum rerum per  
ſimilitudines imaginarias, vt  
Pharaoni & Nabuchodonofor  
aut etiā per ſimilitudines cor-

**A** porales, ut Balhafar, non eſt ra-  
lis cenſendus propheta, niſi illu-  
minetur eius mens ad iudican-  
dum, ſed talis apparitio eſt qd-  
dam imperfectū in genere pro-  
phetiae. Vnde a quibuſdam vo-  
catur \* extaſis prophetiae, ſicut  
& diuinitio ſomniorum. Erit  
autem propheta, ſi ſolum mo-  
do intellectus eius illuminetur  
ad iudicandum etiā ea, quae  
ab alijs imaginariē viſa ſunt, vt  
pater de Ioseph, qui expoſuit  
ſomniū Pharaonis. Sed ſicut \*  
**B** Aug. dicit 12. ſuper Geneſ. ad  
literam, maxime propheta eſt,  
qui vtroq; præcellit, vt ſ. videat  
in ſpiritu corporalium rerum  
ſignificatiuas ſimilitudines, &  
cas viuacitate mentis intelligat.  
Repreſentantur autem diuini-  
tus menti prophetae, quandoq;  
quidē mediante ſenſu, exterius  
quodam formae ſenſibiles: ſicut  
Daniel vidit ſcripturā parietis,  
vt legitur Dan. 5. quandoq; au-  
tem per formas imaginarias, ſi-  
ue omnino diuinitus iſpreſas,  
non per ſenſum acceptas, puta,  
ſi alicui ceco nato imprimerē-  
tur in imaginatione colorum  
ſimilitudines, vel etiā diuini-  
tus ordinatas ex his quae a ſen-  
ſibus ſunt acceptae, ſicut Hiere-  
mias vidit ollam ſitecnam a  
facie Aquilonis, ſiue habet Hig-  
re, ſiue etiā imprimēdo ſpe-  
cies intelligibiles ipſi mēti, ſicut  
patet de his, qui accipiunt ſcien-  
tiam, vel ſapientiam inuſam,  
ſicut Salomō, & Apoſtoli. Lu-  
men autem intelligibile, quan-  
doque quidē imprimitur men-  
ti humanae diuinitus, ad iudican-  
dum ea, quae ab alijs viſa ſunt,  
ſicut dictum eſt \* de Ioseph, &  
ſicut patet de Apoſtoliſ, quib:  
**D** Dominus aperuit ſenſum, ut  
intelligerent ſcripturas, vt dicitur  
Lucæ 27. & ad  
hoc pertinet interpretatio ſermonum: ſiue etiā  
ad diiudicandum ſecundum diuinam veritatem  
ea, quae curſu naturali homo apprehendit: ſiue et  
ad diiudicandum ueraciter, & efficaciter ea quae a-  
genda ſunt, ſecundum illud ſſa 63. Spiritus domi-  
ni doctor eius fuit. Sic igitur patet, quōd propheta  
reuelatio quandoque quidem fit per ſolam lu-  
minis inſuſtentionem, quandoque autem per ſpecies  
de nouo impreſas, vel aliter ordinatas.  
**E** AD PRIMUM ergo dicendum, quōd ſicut dictū  
eſt, quandoque in prophetica reuelatione diuini-  
tus ordinantur ſpecies imaginariae præceptae a  
ſenſu ſecundum congruentiam ad veritatem reue-  
landam. Et tunc conuerſatio præcedens aliquid  
operatur ad ipſas ſimilitudines, non autem quan-  
do totaliter ab extrinſeco imprimuntur.  
AD SECUNDUM dicendum, qd viſio intellectu-  
lis non fit ſm aliquas ſimilitudines corporales, &  
individuals: ſi tamen ſecundum aliquam ſimi-  
litudinem intelligibilem. Vnde Auguſt. dicit 9. de  
Trinita.

non ſufficit naturale  
lumen noſtrum, ſed  
ſuperueniente lumi-  
ne alioſi apparebū  
noua. Et inde ſiē no-  
ua ſpecies intelli-  
gibiles, & nouae veri-  
tates, puta, qd ſ. o de  
tribu Iuda ſaluat mū-  
dum Quarto, ex im-  
mediata impreſſio-  
ne a Deo, vt ibidem  
author dicit. Diuina  
ſiquidem virtus im-  
mediate iſpmit qn-  
que in animam ſpe-  
cies intelligibiles, vt  
patet quando apoſto-  
lis dedit ſcientiam.  
¶ In reſponſione ad  
tertium eū dem ar-  
tic. aduerte, qd phan-  
tasmata naturalium  
ordinati ad intelli-  
gibiles veritates exce-  
dentes intellectum,  
poſteſt intelligi du-  
pliciter. Primō, ad  
cogitandum illas ve-  
ritates & hoc nō eſt  
verum vniuerſaliter,  
tum quia poſteſt ho-  
mo fingere iſtarum  
veritatum qualdam  
tum quia poſtquam  
ſunt ſemel reuelatae,  
poſſunt ab alijs cogi-  
tari, & diſcui, & di-  
ſputari, vt patet de  
myſterio Trin. Alio  
ergo modo intelligi-  
tur, qd non poſſunt  
ordinari ad inſpicie-  
dum, hoc eſt, ad hoc  
vt in eis videantur  
veritates excedētes  
facultatem naturalem  
intellectus. Et hoc eſt  
verum ſimul, & inten-  
tum, vt patet ex ad-  
iutorio ſubiuſto, ſc.  
diuini luminis: quod  
videre facit id, ad  
cuius inſpectionem  
naturalem, lumen  
deſiciens inuenitur.  
\* Al. caſus.  
Lib. 12. ca. 9.  
i med. to. 2.  
In iſto art.  
In corp. art.

Lib. 6. 9. vii. in primap. 20. 3.

Trinita. quod habet animus nonnulla speciei natura similitudinem, quae quidem similitudo intelligibilis in reuelatione prophetica quandoque immediate a Deo imprimatur, quandoque a formis imaginatis resultat secundum adiutorium prophetici luminis: quia ex eisdem formis imaginatis subtilior conspicitur veritas secundum illustrationem altioris luminis.

AD TERTIUM dicendum, quod quascumque formas imaginatas naturali virtute homo potest formare absolute considerando, non tamen ut sint ordinatae ad representandas intelligibiles veritates, quae hominis intellectum excedunt, sed ad hoc necessarium est auxilium supernaturalis luminis.

¶ Super. Quaestio 173. Articulus 3. verum.

ARTICULVS III.

Verum visio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus.

Veri. q. 12. ar. 9.

IN arti. 3. eiusdem q. 173. dub. in primo occurrit, An dicitur quintum secundum quod sit prophetica reuelatio. In littera siquidem quatuor enumerantur.

Et est ratio dubij, quia naturalis cognitio habet quintum, scilicet ordinationem specierum intelligibilium, quae nihil istorum quatuor est, ut patet. Et constat secundum quod diuersimode & componuntur, & ordinantur species intelligibiles diuersas veritates pariunt. Quare igitur in prophetica cognitione reliqua proportionaliter ponuntur, sicut in naturali cognitione, & hoc unum, scilicet ordinatio specierum intelligibilium, praetermissum est.

¶ Ad hoc dicitur, quod ordinatio specierum intelligibilium locum habet in prophetica reuelatione, sicut & ordinatio imaginabilium: quoniam quandoque mens prophetae adiuta lumine prophetico aliquas species intelligibiles ordinat ad aliquam veritatem excedentem facultatem naturae inspicendam. Sicut hoc facit circa formas imaginatas iuxta praecedentis articuli doctrinam. Neque enim minus potens est lumen propheticum ad ordinandum aliter species intelligibiles, quam imaginatas, cum illae propinquae, istae remotiores ab ipso sint. Neque species intel-

Ar. praeced.

AD TERTIUM sic procedit. Vt quod visio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus. Dicit enim Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Sed sicut Glos. dicit in principio Pfalterij. Visio quae est per formam & visiones, est per ea quae videntur dici, vel fieri: cum autem aliqua videntur dici, vel fieri, non dicuntur, vel fiunt, est alienatio a sensibus. ergo prophetia semper fit cum alienatione a sensibus.

¶ 2. Praet. Quia una virtus multum intenditur in operatione sua, alia potentia abstrahitur a suo actu, sicut illi, qui vehementer intendunt ad aliquid audiendum, non percipiunt visu ea quae coram ipsis sunt: sed in visione prophetica est maxime intellectus eleuatus, & intenditur in suo actu, ergo videtur quod semper fiat cum abstractione a sensibus.

¶ 3. Praet. Impossibile est idem simul ad oppositas partes conuerti, sed in visione prophetica mens conuertitur ad accipiendum a superiori, ergo non potest simul conuerti ad sensibilia. Necessarium ergo videtur, quod reuelatio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus.

SED CONTEA est, quod dicitur I. ad Cor. 14. Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt: sed hoc esse non posset, si prophetanone esset sui compos a sensibus alienatus existens. ergo videtur quod prophetica visio non fiat cum alienatione a sensibus.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, prophetica reuelatio fit secundum quatuor, scilicet in fluxum intelligibilis luminis, secundum immisionem intelligibilium

specierum, secundum impressionem vel ordinationem imaginabilium formarum, & secundum expressionem formarum sensibilibus. Manifestum est autem, quod non fit abstractio a sensibus, quia aliquid representatiuementi prophetae per species sensibiles, sicut ad hoc specialiter formatae diuinitus, sicut nobis ostensus Moysi, & scriptura ostensa Danieli: sicut et per alias causas productas, ita tamen quod secundum diuinam prouidentiam ad aliquid prophetice significandum, ordinatur, sicut per archetypum Noe significabatur Ecclesia. Similiter etiam non est necessarium, ut fiat alienatio a sensibus exterioribus: per hoc, quod mens prophetae illustratur intelligibili lumine, aut formatur intelligibilibus speciebus: quia in nobis perfectum iudicium intellectus habet per conuersionem ad sensibilia, quae sunt prima nostrae cognitionis principia, ut in 1. habetum est. Sed quod fit reuelatio prophetica secundum formas imaginarias, necesse est fieri abstractionem a sensibus, ut talis apparitio phantasmatum non referat ad ea, quae exterius sentiuntur: sed abstractio a sensibus quaeque fit perfecte, ut si nihil homo sensibus percipiat, quaeque autem imperfecte, ut si aliquid percipiat sensibus, non tamen plene discernat, quae exterius percipit ab his, quae imaginabiliter videt. Vnde Aug. dicit 12. super Genes. ad litteram. Sicut videt quae in spiritu sunt imagines corporum, quemadmodum corpora per corpus, ita ut simul cernatur & homo aliquis praesens, & absens alius spiritu, tanquam oculis: talis in alienatio a sensibus non fit in prophetis cui aliqua inordinatione naturae, sicut in arreptitijs vel furiosis, sed per aliquam causam ordinatam, vel naturalem, sicut per somnium: vel per rituale, sicut per contemplationis vehementiam, sicut de Petro legitur Actuum 10. quod cum oraret in canaculo, factus est in excessu mentis: vel virtute diuina rapiente, secundum illud Ezech. 1. Facta est super eum manus Domini.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritas illa loquitur de prophetis, quibus imprimetur, vel ordinantur imaginariae formae vel in dormiendo, quod significatur per somnium: vel in vigilando, quod significatur per visionem.

AD SECUNDUM dicendum, quod

in responsione ad tertium ex parte luminis, prophetici reddi- tur propter quid. Cum hoc tamen fiat, quod quandoque exi- gunt abstractionem a sensibus, scilicet cum mens prophetæ ele- vatur ad sublimiora contemplanda, vt in calce eiusdem respó- sionis ad tertium patet: ita quod alienatio à sensibus semper exigitur à prophetia

secundum imaginam impressionem, vel ordinationem, non semper autem secundum influxum spe- cierum intelligibili- um: quia intellectua- lis reuelatio quando à superiori influxu fit ad mouendum pro- phetæ mentem ver- sus iudicium, vel di- spositionem sensibi- lium, concretio ad sensum vtilis est, nō abstractio. Quando vero intellectus re- nelatio ad sublimia contemplanda men- tem ducit prophe- ticam, abstractione ab inferioribus opus est. Vtrumque autē horum in naturali- bus cognitionibus experimur: quoniam disponentes, aut iudicantes de sensibi- libus, non abstrahi- mur, sed sensibus im- mergimur. Ad alio- ra autem speculanda quādo magis ab- strahimur, melius p- spiciamus.

Ad tertium dicendum, qd motus mentis prophetica non est in virtutem propriam, sed in virtutem superioris influ- xus: & ideo quādo ex superio- ri influxu mens prophetæ in- clinatur ad iudicandum, vel di- sponendum aliquid circa sensi- bilia, non fit alienatio à sensi- bus, sed solum quando eleua- tur mens ad contemplandum aliqua sublimiora.

Ad quartum dicendum, qd spiritus prophetarum dñr esse subiecti prophetis, quantum ad prophetiam enuntiationem, de qua ibi Apostolus loquitur, quia scilicet ex proprio sensu loquuntur ea, que viderunt, nō mente perturbata sicut arrepti- tij, vt dixerunt Priscilla, & Mō- tanus. sed in ipsa prophetica re- uelatione potius ipsi subijciun- tur spiritui prophetæ, id est, do- no prophetico.

ARTICVLVS IIII.

Utrum prophetæ semper cognoscant ea que prophetant.

Ad quartum sic procedi- tur. Videtur qd prophetæ semper cognoscant ea qd pro- phetant: quia vt \* Augul. dicit 12. super Genes. ad literā, Qui- bus signa per aliquas rerū cor- poralium similitudines demō- strabantur in spiritu, nisi acces- sisset mentis officium, vt etiam intelligerentur, non dum erat prophetia: sed ea quæ intelli- guntur, non possunt esse inco- gnita. ergo propheta non igno-

rationem veri prophetæ, quantum ad promulgationē pro- phetæ, scilicet qd spiritus prophetarum subiecti sunt eis quo ad hoc, s. non mente turbata, non quasi acti ab alio, quasi alius loquitur per eos, vt contingit in dæmoniis, sed ex proprio sensu, mē- te quieta, scientes quid loquuntur, dicunt ea que viderunt.

rat ea quæ prophetat.

¶ 2 Præ. Maius est lumen p- phetæ, quā lumen naturalis rationis: sed quicumque lumi- ne naturali habet scientiam, nō ignorat ea quæ scit. ergo quicū- que lumine prophetico aliqua enūtiat, nō potest ea ignorare.

¶ 3 Præ. Prophetia ordinatur ad hominum illuminationem. Vnde dicitur 2. Pet. 1. Habem⁹ propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernā lucēri in caliginoso lo- co: sed nihil potest alios illumi- nare, nisi in se sit illuminatum. ergo videtur quod propheta prius illuminetur ad cognoscē- dum ea quæ alijs enuntiat.

Sed contra est, quod dicit Iohā. 11. Hoc autem à seipso Caiphas non dixit, sed cum es- set pontifex anni illius, propheta- uit, quia Iesus moriturus erat pro gente &c. sed hoc Caiphas non cognouit. ergo non om- nis qui propheta, cognoscit ea quæ prophetat.

Respon. Dicendum, qd in reuelatione prophetica mouetur mens prophetæ à Spiritu sancto, sicut instrumentum de- ficiens respectu principalis agē- tis. Mouetur autem mens pro- phetæ non solum ad aliquid apprehendendum, sed etiam ad aliquid loquendum, vel ad aliquid faciendum: & quando- que quidem ad omnia tria si- mul, quandoque autem ad duo horum, quandoque vero ad v- num tantum. Et quodlibet ho- rum contingit esse cum aliquo cognitionis defectu. Nam cum mens prophetæ mouetur ad aliquid estimandum, vel appre- hendendum, quandoque qui- dem inducitur ad hoc, quod so- lum apprehendat rem illam: quandoque autem vterius ad hoc, quod cognoscat hęc sibi esse diuinitus reuelata. Simi- liter etiam quandoque mouetur

ipsam reuelationem, quod est à Deo: & quo ad reuelata, qd sunt futura sic, vel sic, prout reuelantur: & qd sunt talis, vel ta- lis conditionis reuelata, prout tamen reuelantur. Et hinc sol- uitur questio superius in articulo vltimo ad secundum. q. 171. relicta de prophetia comminationis. Nam propheta, cui re- uelatur aliquid futurum in causis, euidenter cognoscit illud futurum in causis illius: quoniam cognitio eius est similitu- do diuine scientiæ de illo futuro in illis causis. Sed non oportet quod sciat hinc, an sit etiam ponendum in esse illud futu- rum, sed quantum est ex vi illius prophetiæ cognitionis re- manet ambiguum in mente prophetæ, an illud futurum eueniet, vel non. Et propterea Ionas recubabat prophe- tare

ipsam reuelationem, quod est à Deo: & quo ad reuelata, qd sunt futura sic, vel sic, prout reuelantur: & qd sunt talis, vel ta- lis conditionis reuelata, prout tamen reuelantur. Et hinc sol- uitur questio superius in articulo vltimo ad secundum. q. 171. relicta de prophetia comminationis. Nam propheta, cui re- uelatur aliquid futurum in causis, euidenter cognoscit illud futurum in causis illius: quoniam cognitio eius est similitu- do diuine scientiæ de illo futuro in illis causis. Sed non oportet quod sciat hinc, an sit etiam ponendum in esse illud futu- rum, sed quantum est ex vi illius prophetiæ cognitionis re- manet ambiguum in mente prophetæ, an illud futurum eueniet, vel non. Et propterea Ionas recubabat prophe- tare

Vnde habes, quod tam alienati in ipsa alienatione loquen- tes, & postmodum ne scientes quid vide- rint, referunt se ad ea que dixerunt in alienatione positi, qd alienati denuntiantes velint nolim qd vident, non sunt prophetæ: qm vtriusq; defectu sub- iectum denuntiationis. Et hoc ipsum i- decens est, vt illi quos Deus docet, & illuminat ad Eccle- siæ adificationē, ir- rationabili motu se habeant ad propalā- dū diuina mysteria. Et hinc patet qd p- sonæ in extasi positę lo- quentes in persona Christi, vel alterius sancti quasi actę ab illo, & non ex pro- prio sensu pronun- tiantes, aut seducun- tur, aut seducunt. Et tñ mūdus stultus mi- rat, stupet, adorat huiusmodi verba, hu- iusmodi actus, huius- modi p-sonas, nō ad- uerentes, qd spiritus prophetarum subie- cti sunt eis quo ad promulgationem.

Super Questionem 173. Articulum quartum.

In arti. 4. eiusdem q. 173. quia superius declaratum est, qd de cognitione cui dicitur est sermo, quod etiā hic patet in rati- one ad argumenta, dum dicit, qd primę rati- ones loquuntur de veris p-phetis, quo- rum mens diuinitus illustratur perfecte, & constat, qd tres pri- mę rones de cogni- tione euidenter lo- quuntur: ideo nō est hic amplius immo- randum, sed firman- dum, qd prophete ve- ri quo ad duo habēt euidentiam. scilicet quo ad ipsam reuelationem, quod est à Deo: & quo ad reuelata, qd sunt futura sic, vel sic, prout reuelantur: & qd sunt talis, vel ta- lis conditionis reuelata, prout tamen reuelantur. Et hinc sol- uitur questio superius in articulo vltimo ad secundum. q. 171. relicta de prophetia comminationis. Nam propheta, cui re- uelatur aliquid futurum in causis, euidenter cognoscit illud futurum in causis illius: quoniam cognitio eius est similitu- do diuine scientiæ de illo futuro in illis causis. Sed non oportet quod sciat hinc, an sit etiam ponendum in esse illud futu- rum, sed quantum est ex vi illius prophetiæ cognitionis re- manet ambiguum in mente prophetæ, an illud futurum eueniet, vel non. Et propterea Ionas recubabat prophe- tare

tare Niniuitis, du-  
 birans de eo, quod  
 euenit, scilicet. quod  
 esset propheta com-  
 minationis tantum.  
 Sciebat enim clare,  
 quod erat propheta  
 comminationis,  
 quia viderat futu-  
 ram submersionem  
 ciuitatis in caulis, &  
 non viderat aliter:  
 sed nesciebat an es-  
 set tantum commi-  
 nationis, & nō euen-  
 tus, quia nihil erat  
 sibi de hoc reuelatū.  
 Ad verū enim pro-  
 phetam sufficit cog-  
 noscere euidenter  
 quod, propheta fe-  
 cundum id quod est  
 sibi reuelatum & vt  
 i littera optime sub-  
 dit, Propheta circa  
 reuelata sibi non co-  
 gnoscit omnia, quæ  
 Spiritus sanctus ince-  
 dit per illū, sed suffi-  
 cit quod videat illā  
 conditionem, quam  
 propheta iuberetur.  
 Nec oportet quod  
 comprehendat illam,  
 sed comprehensio-  
 nem illius Spiritui  
 sancto relinquat. p-  
 ter rationem lite-  
 ræ, scilicet quia est  
 instrumentum defi-  
 ciens à Spiritu san-  
 cto.

In corp. ar.

¶ Super Quaestiois  
 174. Articulum  
 primum.

**I**n art. 1. q. 174.  
 dubium occurrit  
 ad hominem: quo-  
 nam superius in q.  
 161. art. 3. ad tertiu,  
 auctor posuit pro-  
 phetiam esse vnius  
 speciei. Hic verò po-  
 nit multas prophete  
 species ex obiectis  
 distinctas: sicut vni-  
 uersaliter habitus,  
 seu actus ex obiectis  
 distinguitur. Quo  
 pacto stant hæc duo  
 simul?  
 ¶ Author superius  
 locutus est de specie  
 subalterna, hic vero  
 loquitur de specie  
 specialissima. Et iō  
 nulla est contrarie-  
 tas inter illius dicta.  
 Sed hæc responsio  
 facile cofutatur, mō  
 strando quod ibi lo-  
 quitur de specie spe-  
 cialissima. Ostendi-  
 tur autem, confere-  
 do responsonem il-  
 lam ad tertium ipsi  
 argumento tertio.  
 ¶ Ad cuius euiden-  
 tiam aduertendum  
 est, quod in specie

mens prophete ad aliquid lo-  
 quendum, ita quod intelligat id  
 quod per hæc verba Spiritus san-  
 ctus intendit, sicut Dauid qui  
 dicebat 2. Reg. 23. Spiritus Dñi  
 locutus est per me. Quandoq;  
 autem ille, cuius mens mouetur  
 ad aliqua verba exprimēda,  
 non intelligit quid Spiritu san-  
 ctus per hæc verba intendat, si-  
 cut patet de Caipha, Ioan. 11. Si-  
 militer etiam cum Spiritu san-  
 ctus mouet mētem alicuius ad  
 aliquid faciendum, qñ que qui-  
 dem intelligit quid hoc signifi-  
 cet, sicut patet de Hieremia, qui  
 abscondit lumbare in Euphra-  
 tem, vt hñ Hier. 13. quandoque  
 vero non intelligit, sicut mili-  
 tes diuidentes vestimenta Chri-  
 sti, non intelligebat quid signifi-  
 ficarent. Cum ergo aliquis cog-  
 noscit se moueri à Spiritu san-  
 cto ad aliquid faciendū, vel  
 significadum verbo, vel facto,  
 hoc proprie ad prophetiā per-  
 tinet. Cum autem mouetur, sed  
 non cognoscit, nō est perfecta  
 prophetia, sed quidā instinctus  
 propheticus. Sciendum tamen,  
 quod quia mens prophete est  
 instrumentum deficiens, vt di-  
 ctum est, etiam veri prophete  
 non omnia cognoscunt, que in  
 eorum visis, aut verbis, aut etiā  
 factis Spiritus sanctus intendit.  
 Et per hoc patet responso ad  
 obiecta. Nam primæ rationes  
 loquuntur de veris prophetis,  
 quorum mens diuinitus illu-  
 stratur perfecte.

QVAESTIO CLXXIII. I

De diuisione prophetie, in sex articulos diuisa.

**D**EINDE consideran-  
 dum est de diuisione  
 prophetie.

- ET CIRCA hoc quarun-  
 tur sex.  
 ¶ Primo, De diuisione pro-  
 phetie in suas species.  
 ¶ Secundo, Vtrum sit altior  
 prophetia, quæ est sine imagi-  
 ginaria visione.  
 ¶ Tertio, De diuersitate gra-  
 duum prophetie.  
 ¶ Quarto, Vtrum Moyses fue-  
 rit excellentissimus propheta-  
 rum.  
 ¶ Quinto, Vtrum aliquis com-  
 prehenor possit esse prophe-  
 ta.  
 ¶ Sexto, Vtrum prophetia  
 creuerit per temporis processum.

**F** ARTICVLVS PRIMVS.  
 Vtrum conuenienter diuidatur pro-  
 pheta in prophetiam prædissi-  
 nationis Dei, præscientiæ,  
 & comminationis.

**A**D PRIMVM sic proce-  
 ditur. Vt q̄ inconueni-  
 ter diuidatur prophetia in glo-  
 sa \* super Matth. 1. Ecce virgo  
 in vtero habebit. vbi dñs, q̄ pro-  
 pheta alia est ex prædeterminatione  
 Dei, quam necesse est omni-  
 bus modis euenire, vt sine no-  
 stro impleatur arbitrio, vt hæc  
 de qua hic agituralia est ex præ-  
 scientia Dei, cui nostrum admi-  
 scetur arbitrium: alia est, quæ  
 comminatio dñs, quæ fit ob si-  
 gnū diuinæ animaduersionis.  
 Illud enim quod consequitur  
 omnem prophetiam, non de-  
 bet poni vt membrum diuidis  
 prophetiam: sed omnis pphe-  
 tia est s̄m præscientiam diuinā,  
 quia prophetia legitur in libro  
 præscientiæ, vt dicit glo. Hic 38.  
 ergo videtur q̄ non debeat po-  
 ni vna species prophetie, quæ  
 est secundum præscientiam.  
 ¶ 2. Præ. Sicut aliquid prophe-  
 tatur secundum comminatio-  
 nem, ita etiam s̄m promissio-  
 nem, & vtraque variatur. cōm.  
 Hier. 18. Re pente loquar aduer-  
 sum gentē, & aduersum regnū,  
 vteradicem, & destruat, & dis-  
 sperdam illud. Si p̄nitentiam  
 egerit gens illa à malo suo, agā  
 & ego penitentiam, & hoc per-  
 tineat ad prophetiam commina-  
 tionis. Et postea subdit de pro-  
 pheta promissionis. Subno lo-  
 quar de gente & regno, ut ad-  
 ficem, & plantem illud. Si re-  
 rit malum in oculis meis, peni-  
 tentiam agā super bono, quod  
 locutus sum ut facerem ei, ergo  
 sicut ponitur prophetia commi-  
 nationis, ita debet poni pro-  
 pheta promissionis.  
 ¶ 3. Præ. Id idor. dicit in lib. Ery-  
 mol. \* Prophetie genera sunt  
 septem. Primum genus est, ex-  
 talis, quod est mentis excessus,  
 sicut vidit Petrus vas submersū  
 de celo cum variis animalibus.  
 Secundum genus, visio, sicut  
 apud Isaiam dicitur. Vidi Dñm  
 sedentem & cetera. Tertium genus  
 est somnium, sicut Iacob scilicet  
 dormiens vidit. Quartum genus  
 est per nubē, sicut ad Moysen  
 loquebatur Deus. Quintum ge-  
 nus est vox de celis, sicut ad A-  
 braham sonuit dicens. Ne mit-  
 tas manū in puerum. Sextū ge-  
 n⁹, accepta parabola, sicut apud